



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

LV. Quònam ritu facienda sit Co[n]fessio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

prete profers. Atqui licet Confessio, si publicè fiat, etiam sit vera & legitima: attamen necessarium non est, ut quis sua scelera in publicum deducat; quia Christus, cuius iugum suaue est, & onus leue, noluit ut peccata nostra periculo infamiae nostrae exponeremus, & nonnunquam mortis, si publicitus essent nota.

Matth. 11.

*Licetne nutu confiteri?**Quaestio*

LIII.

*Responsio.*

**T**Am linguae ignarus, quam mutus, qui de religione Confessionis eruditus est, tenetur meliori, quo potest, modo nutu confiteri. Et ratio est, quia nutus pro vocibus seruiunt; quapropter pari iure, & mutus & loquens ligantur. Dixerim autem meliori modo, quo possit, non quidem quod teneatur summam diligentiam adhibere exquirendi effingendique nutus, quos Sacerdos intelligat: Sat enim est illam praestare, quae iudicio prudentum in re graui adhiberi debet. Verum si quis potest voce intelligibili confiteri, & non confitetur; tametsi Sacramentum consistat, si integrè confiteatur per nutus: peccat tamen & abutitur donis à DEO sibi datis.

*Quonam ritu est facienda**Confessio?**Quaestio*

LV.

*Responsio.*

**M**agna cum humilitate fieri Confessio debet, utpote quae non ipsi tantum Sacerdoti,

### Caput III. De Qualitate

cerdoti, sed DEO, cuius vice in terris ille fungitur, medio Sacerdote fit. Peccator igitur cum lachrymis & gemitu seipsum accuset, non excuset: neque superbo corde, & elata ceruice scelera referat, sed humili, animoq; contrito; quoniam, vt ait Dauid; Cor contritum, & humiliatum DEVS non despicit. Neq; culpam in alium quenquam, vel in ipsum Diabolum, se excusando reiiciat; vti primi omnium parentes, Adam, scilicet, & Eua, fecerunt, dum ille vxorem, sibi à DEO datã, crimineretur, & ita ipsum, qui dederat, DEVM quodammodò accusando, impeteret; hæc verò culpam omnem in serpentē reiceret. Quanq̃ enim Diabolus ad scelera, & facinora nos, suggerendo, tentandoq; impellat; nos tamen Diuino, quod nobis adest, auxilio, liberoq; arbitrij, voluntatisq; consensu, abdicare à nobis tentationē ipsam possumus. Itaq;, si peccamus, nos ipsos, qui consensimus, Diuinamq; opē, ad repellendas tentationes malas, nō inuocauimus, non hominē aliquem, aut Diabolum, & quod impium est, DEVM ipsum criminemur: Nã DEVS intentator, vt inquit Apostolus, malorū est, I. Cor. 12. nec finit nos tentari supra id, quod possumus, sed facit cum tentatione prouentum.

Flexis igitur genibus plerunq; Confessio fieri debet, & ita Natalem Episcopum, hæresi quondam pollutum, illam fecisse, ex Eusebio Cæsarensi constat.

Idipsum

Psal. 50.

Gen. 3.

1. Pet. 5.

Matth. 13.

Ioan. 13.

Iacob. 1.

1. Cor. 12.